

iudex Angelus de Francisco

84

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Angelus de Francisco

84

1493-10-15

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quadragesimo
nonagesimotertio. Regnante... Ferdinando Dei gratia
Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum...
eius anno tricesimosexto,... mense Octobris, die
quintodecimo eiusdem, duodecime indictionis, Mathere.

Nos Angelus Nicolai Francisci de civitate Mathere,
annalis eiusdem civitatis... iudex, Petrus de Paulicellis
de eadem civitate,... puplicus ubilibet per totum regnum
Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, Birardus
Iohannis magistri Parisii, Boscus Nicolai de Barberio,
Nicolaus Francisci Nicolai Piczuli et Rencius Cicci
Angeli Bovi, testes... de eadem civitate, notum facimus...
quod... constitutis magistro Angelo de Corbino de
Milionico... et... Thomasio Nicolai Antonii dicto Ninno,
de civitate Mathere,... prefatus... magister Angelus...
consentiens prius... in prefatum Angelum iudicem
tamquam in suum, cum sciret... ipsum iudicem suum
non esse nec se fore sue iurisdictioni subiectum,
iurisdictionem ipsam in hac parte voluntarie prorogando
et sue iurisdictioni se sponte submittendo,... confexus
fuit se debere dare... eidem Thomasio unciam unam
et tarenos viginti... pro venditione panni tercaroli rubei
et celestri cannarum vigintiunius... Quam... pecunie
quantitatem... prefatus magister Angelus,... per guadium
et stipulationem legitimam et sollemnem, promisit ac...
se, suosque heredes ac successores et bona eorum
omnia... presentia et futura... obligavit in manibus
ipsius... creditoris... solvere... eidem,... intus civitatem
Mathere hinc et per totum festum Resurrectionis
Domini... presentis anni... ad penam dupli dicte pecunie
quantitatis, medietatem... ipsius pene... regie vel alteri

curie, ubi de premissis reclamatio primitus... facta fuerit, applicandam... et reliquam medietatem... eidem Thomasio...

† Ego Angelus Nicolai Francisci annalis qui supra iudex predicta fateor vera esse † Ego Berardus de Parisio qui supra testis testor † Ego Nicolaus Francisci Nicolai Piczuli testis sum † Signum crucis proprie manus mei qui supra Boschi Nicolai de Barberio illicteratus scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei qui supra Rencii Cicci Angeli Bovi illicteratus scribere nescientis